



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118596**

§. 43. Delphini colloquium cum Zanchio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1561.

lentia excipiebatur, quamvis eorum nonnulli grave senium obtenderent, alii vero adversam valetudinem, & Tridentini itineris molestias caussarentur.

§. XLIII.

*Delphini colloquium cum Zanchio.*

Pallav. c. 10.  
num. I.

Cum Delphinus hosce Principes inviteret, habita cum pluribus adulterinæ Reformationis Ministris agendi opportunitate cum eorum nonnullis disputabat, ac præcipue cum Zanchio Bergomensi olim Canonico Regulari Ord. S. Augustini, nunc fidei desertore, qui in Lucensi agebat conventu, cui tum præpositus erat Petrus Martyr, a quo Zanchius unacum pluribus aliis Zwinglii errores hauriebat, cumque intimæ amicitiæ vinculo Brentio junctus esset, ambo Nuntium Argentinam venisse edocti illum adibant, comitantibus eos pluribus Venetis, qui novæ sectæ nomen daturi patriam suam relinquebant: igitur hos Delphinus rara benignitate exceptit, eisque monita charitatis plena suggerens satis aperte ardentissimum, quo flagrabat, illos ad Ecclesiæ sinum revocandi studium testatus est, nec conatui suus defuit successus; quippe Zanchius Nuntii rationibus devictus, a reliquis secessit, ei submissa voce significans, quod remo-

tis

tis arbitris illi colloqui, eique quædam Sæcul. XVI.  
Religionis dubia proponere peroptaret. A.C. 1561.  
Ad hujus vota capite annuit Nuntius:  
itaque Zanchius revertitur, prolixum-  
que cum Delphino sermonem instituit,  
cui aderat etiam Sturmius itidem Pro-  
testantium veneno infectus, qui tamen,  
cum in ea urbe denuo in Nuntii æ-  
dibus conspici nollet, illum in quodam  
loco prope urbem unacum Zanchio con-  
venit.

§. XLIV.

*Dubia Nuntio a Zanchio, & Sturmio  
proposita.*

Erat Zanchius ex omnibus Protestan- *Pallav. n. 2.*  
tibus certe moderatissimus, qui de *& 3.*  
Romana Ecclesia semper tanquam Ma-  
tre sua loquebatur, atque ad illius sinum *Epist. Delph.*  
illlico redire paratum sese exhibebat, *ad Borom. 13*  
dummodo illa a quibusdam corruptelis, *Jun. 1561.*  
quæ, ut inquiebat ipse, in ejus fidem, *August. in*  
ac disciplinam irrepererant, expurgata *Arch. Vatic.*  
effet: insuper Sturmum ab ejusmodi *& ejus sum-*  
consiliis haud adeo alienum esse af-  
firmabat: igitur hi Nuntio declarabant, *ma in Bibl.*  
quod eorum vota unice eo collimarent, *Barbar.*  
quatenus redintegrata unione postea ad  
Catholicæ Ecclesiæ gremium redire  
possent, ita tamen, ut non cum ignomi-  
nia fontium, quibus venia est indulta,  
sed cum dignitate Virorum de Religio-  
ne